vrgeretur ⁊ illi vehemēter flerent eo ꝙ pu-
ella tam decora ⁊ nobilis vltro se morti tra
deret. dixit ad eos Hoc boni iuuenes non
est iuuentutez perdere sed mutare. dare lu-
tū ⁊ accipere aurū. dare vile habitaculuz ⁊
accipere preciosum. dare breuem anguluz
⁊ accipere forum perlucidum Si quis pro
nummo duos solidos daret nonne veloci
us festinaretis. Deus autem q̄ accipit sim
plum reddet centuplum. Creditis hijs q̄
dixi. Et illi. Credimus xp̄m verum esse de
um qui talem possidet famulā. Vocato er
go vrbano ep̄o .cccc. ⁊ amplius baptisati
sunt. Tunc almachius sanctam ceciliaz ad
se vocans ait Cuius condicōis es? Et illa
Ingenua sum ⁊ nobilis. Cui almachius.
Ego te de religione interrogo.. Et Cecili
a. Interrogatio tua stultum sumit initiuz
qua duas responsiones vna putas inquisi-
tione concludi. Cui almachius. Unde ti-
bi tanta presumptio respondendi. Et illa.
De consciencia bona ⁊ fide non ficta. Cui
almachius. Ignoras cuius potestatis suz.
Et illa. Potestas vestra est quasi vterven
to repletus quē si acus pupugerit. omnis
ꝓtinus rigor palescit. ⁊ quicquid in se rigi
dum habere cernitur incuruatur Cui alma
chius. Ab iniurijs incepisti ⁊ in iniurijs ꝑ
seueras. Cecilia respondit. Iniuria nō di-
citur nisi qđ verbis fallentibus irrogatur.
Unde aut iniuriam doce si falsa locuta suz
aut teipsum corripe calūniam inferentem.
Sed nos scientes sanctū dei nomen omni
no negare non possumus. Melius est eniz
feliciter mori q̄z infeliciter viuere. Cui Al-
machius. Ut quid cum tanta superbia lo-
q̄ris Et illa. Non est superbia sed constanti
a. Almachi⁹ dixit. Infelix ignoras q̄ȝ pote
stas viuificandi ⁊ mortificandi mihi ē tra-
dita. Et illa. Contra veritatē publicam ꝓ-
bo te nunc esse mentitū. Uitam eñ viuen-
tibus tollere potes. mortuis autem vitam
dare non potes. Es ergo minister mortis:
non vite. Cui almachius. Jam depone a-
mentiam tuam ⁊ sacrifica dijs. Cui cecilia
Nescio vbi oculos amiseris. Nam quos
tu deos dicis omnes nos saxa esse videm⁹
Mitte ergo manū tuam ⁊ tangendo disce
quod oculis nō vales videre. Tunc irat⁹
almachius iussit eam ad domū suam addu
ci. ibiq̄ȝ tota nocte ⁊ die iussit eam in bulīē
ti balneo cōcremari que quasi in loco frigi-
do mansit. nec modicum saltem sudoris ꝑ
sensit. Quod cum audisset almachius ius-
sit eam in ipso balneo decollari. Quā spi-
culator tribus ictibus in collo percussit. s3
tamē caput eius amputare non potuit. Et
quia decretum erat ne quartam percussio
nez decollād⁹ acciperet eā semiuiuā cruēt⁹
carnifex dereliquit. Per triduū autem su-
peruiuēs omnia que habebat pauperibus
tradidit. ⁊ ōnes quos ad fidem cōuerterat
Urbano ep̄o cōmendauit di. Triduanas
mihi indutias postulaui vt hos tue bñtudi
ni cōmendarem ⁊ hanc domū meam in ec-
clesiā consecrares. Sanctus autē vrban⁹
corpus eius inter ep̄os sepeliuit. ⁊ domuz
suam vt rogauerat in eccl̄iam consecrauit..
Passa autē est circa annos dñi. ccxxiij. tē
pore imꝑatoris alexandri. Alibi tamē legi
tur ꝙ passa est tempe marci aurelij qui im
perauit circa annū domini. ccxxx.

De nomine.

Clemēs dictus est a cleos qđ est glori
a ⁊ mens quasi gloriosa mens Hūic
enī mentē gloriosā. s. purgataz ab ōni sord
ornatam ōni virtute. ⁊ decoratā omni nūc
felicitate. Uel dr̄ a clementia q̄ȝ clemens ⁊
misericors valde fuit. vel sicut dr̄ in glosa-
rio. Clemens. iustus. dulcis. matur⁹. pi⁹
Justus in actōne. dulcis in sermone. matu
rus in ꝯuersatiōe. pius ī intentiōe Eius vi
tā ip̄e in itinerario inseruit. marie vsq̄ȝ ad
illū locū in quo qualr̄ btō petro ī pōtificatu
successit Cetera ex ei⁹ gestis q̄ cōiter hñtur
sumunt̄.

De sancto Clemente ep̄o.

Clemens episco
pus ex nobili romanoꝝ ꝓsapia or
tus est. pr̄ faustianus. mr̄ uo ei⁹ macidiana



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0439
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG